ARISTOPHANIS PLVTVS, ANDREA DIVO IVSTINOPOLITANO interprete, ad uerbum translatus.

CARIO SERVVS.

QVAM *moleſta res eſt, ô* Iupiter & Dij,
Seruum fieri deſipientis heri.
Si enim optima ſeruus dicens cõtigerit,
Viſum fuerit autem non facere hæc poßidenti,
Participare neceßitas ſeruum mala.
Corporis enim non ſinit dominum
Dominari fortuna, ſed emptorem.
Et hæc quidem iam hæc. Apollini autem
Qui uaticinatur tripode ex aureo,
Querelam iuſtam queror hanc, quòd
Medicus exiſtens, & uates (ut dicunt) ſapiens
Inſanientem remiſit mei herum,
Qui ſequitur à tergo hominem cæcum,
Contrarium faciens quàm ipſi facere.
Nam uidentes cæcis præimus,
Hic autem ſequitur, & me inſuper cogit.
Et hæc, reſpondente omnino neq; quicquam.

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja